



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivsti Lipsi[i] Sapientiae Et Litterarvm Antistitis Fama  
Postvma**

**Lipsius, Justus**

**Antverpiae, 1629**

Rev[erendissi]mo Domino Ioanni Miræo Antverpiensivm Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70662](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70662)

REV<sup>MO</sup> DOMINO  
 IOANNI MIRÆO  
 ANTVERPIENSIVM  
 EPISCOPO.

**E**DIVIVVM Tibi, & à capulo iam recentem LIPSIVM, nouum ab institis Lazarum, sisto PRÆSVL AMPLISSIME, illumque ipsum iuris tui facio: & intimo voto meo facio. Vtinam maius aliquod, aut speciosius munus! verùm quod poteram maius, qui illum totum ad Benevolentia tuæ aram sacra-rem? Nec incomitatus ibit: paruulum hunc, & à matris iam iam vbere, manu trahet; & nomini tuo dicatum ibit. Annam cogita & Samuelem. Robustiorem aliquem tu mere- baris; sed aberant illi longius, quàm vt paucis horis euocarem. Malui ergo hunc tenel- lum, & à matris sinu ludibundum, in pro- missi æris exsolutionem obsequio tuo sacra- re, quàm vacuâ manu pudori meo illudere.

Ff 3                    Habe

Habe igitur hunc tibi, PRÆSVL A M P L I S-  
S I M E. paruulus ludat aulā: & dum patrem  
ore referet, patri veteris nouæque humanita-  
tis tuæ fores referabit. Sed neque hunc alte-  
ri, quām Tibi, seu LIPS I carissimum Tibi  
nomen, seu me spectem. Tu enim es, cuius  
amor in me, & benevolentia summa. neque  
in me tantū: publica & testata tua sunt in  
omnes. & Campinia tua loquitur, tot antè  
viduata pastoribus, tot nunc ijsdem diues.  
Seminarium in hac vrbe, nobile eruditionis  
repository, operis tui est. ex hoc agro,  
non palmites aut frutices, sed arbores um-  
brâ suâ contentas, & iam doctas pascere,  
educis in sterilescenis illius soli opimita-  
tem. Iam sacra si intueamur, quis magis ea  
tutatus, ornauit, diuitauit? quid referam  
virtutes reliquas? simile. Neque ista in glo-  
riam. Deo assribis soli: & amplissimi ope-  
ris fructum censes, fecisse. Vtinam in his  
alijsque Tibi similes, qui dignitate similes!  
Sed hæc voti mei sunt. Deus cogitationes  
omnium ad publica proferat, vt Patriam  
consilijs, suos vigili curâ tueantur; & in mul-  
torum neglectu aut quiete, vigilem tecum  
ma-

manum oculosque ad clavum porrigant.  
 Non inhærebo his diutiūs; ne, quod dici solet, in exiguo corpore ingens vestibulum.  
 Tu, quod primum volui, affectum in hoc  
 conatu meo vides; in Te, in LIPSIVM. quem  
 ubi licuit, verbis suis stiti: quò magistestem  
 hunc, & velut obsidem utriusque in Te ani-  
 mi æternum haberet. Ita voueo

*Carolus Scribarius.*



LECTO-